

potest, sensu, aut intellectu apprehens. Estque passio specia- A

Etim nonnunquam Timor Domini accipitur pro reverentia, pietate, & religione in Deum: quomodo Simeon dicitur

TIMORIS DIVISIO.

Timor est quadruplex. Filialis, Initialis, Servilis, & Mundanus. Rationem divisionis tradit S. Thomas 2.2. q. 19. art. 2.

Adhuc aliud quintum membrum, videlicet Timorem Naturalem, quæ est passio quedam appetitus sensitivi, insita animanti, quæ malum imminens formidamus, & refugimus.

DE TIMORE MUNDANO, EJUSQUE MALITIA.

Timor Mundanus, quo quis ita reformidat incommoda hujus vite, ut ad ea depellenda non dubitet Deum offendere, semper est malus.

Tali timore percussus fuit Petrus, quando negavit Christum. Etiam discipuli post resurrectionem congregati latebant propter metum Judæorum.

Adolescens, qui de regno cælorum adipiscendo quæque fuerat, cum audivisset. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.

Judei cum timerent, ne tota gens periret, Christum occiderunt.

Licinio Imperatore, Sebastianus in Armenia, 40. Milites pro Christo fortiter tormenta sustinuerunt: nam & oris contumeliam perpessi, media hyeme multi de nocte sub aere aperto pernoctare iussi, ut frigore necarentur, sic tamen ut haud procul ab illis esset balneum tepidum, in quod se recipere possent, dummodo à fidei constantia timore suppliciorum avellerentur. Cæterum illi tenaces sancti propositi perstitabant. Unus tamen, cui animus ad ferendum frigus descenderat, in proximum tepesfactum balneum insilierat, sanctorumque collegas summo dolore afflicto. In ejus locum Janitor, qui vigilans de nocte 39. coronas duntaxat per Angelos mitti ad illos viderat, admirans cur una decisset, ipsam se adiunxit. Brev. Rom. 11. Martii.

MARCELLINUS Romanus in immani illa Diocletiani perfectione terrore correptus, Deorum simulacris thus adhuc ibit, at illius peccati eum mox poenituit, ut Simucsam ad Concilium plurimorum Episcoporum venerit cilicio indutus, ubi lacrymis profusus scelus suum confessus est. Idem Breviar. 26.

REMEDIA CONTRA TIMOREM MUNDANUM, SIVE HUMANUM.

Præsentaneum huic malo remedium est, à vitis sanctis utriusque pagine usurpatum, Deum cogitare in omnibus actionibus præsentem, & in tribulationibus adiutorem.

Hoc utebatur rex David, ne à suo proposito facile dimoveretur: Providebam, inquiens, Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commoverar. Psalm. 15. 8.

Eodem se muniebat Elias Thesbites, cum diceret ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu isto, si erit E

Hoc clypeo reclusus B. Paulus in prædicando Dei Verbum omnem timorem principum, & aliorum proiciebat. Unde cum aliquando periculum esset, ne disцерetur ad Saduceis, sequenti nocte affitens ei Dominus, ait. Constans esto. Sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet &

Ipsè verò 2. ad Timoth. 16. ita scribit. In prima defensione nemo mihi affuit. Dominus autem mihi affuit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur. Quæ loca SS. PP. etiam de visibili præsentia Christi intellexerunt.

Eadem de causa in summo cum demonibus certamine affuit Christus, eisque vulnera sanavit, teste Athan. in ejus vita.

Sic Romæ affuit Petro ante passionem, ut robur illi redderet ad omnia mala referenda pro Christi nomine. Nam cum Petrus diceret, Domine, quo vadis? respondit, Vado Romam iterum crucifigi, ita S. Ambrosius, contra Auxentium, in Athan. in Apologia pro fuga sua.

Unde S. Basil. hom. in Psalm. 33. Hoc remedium indicans se loquitur: Qui dæmonum imaginatione facile contentum, & expavescit, hostilem in se timorem habet. Omnis enim timor, hujusmodi perturbatio, nimirum animæ esse videtur prognata ex infidelitate. Nam qui Deum, ad adiutorem fortissimum credit sibi adesse, nullius vim se invadentis pertimescit, nec facile commoveretur.

Alterum remedium est, si timorem Domini majoris, qui potest animam, & corpus mittere in gehennam, opponamus illi tam exili.

Hoc antidoto usus est S. Petrus Apostolus, cum, Sacerdotum Principe præcipiente, ne amplius doceret in nomine Jesu, audacter respondit: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Act. 5.

Erat enim illud casta Susanna, cum sola à perveris duobus senibus comprehensa in pomario, ait: Angustia mihi sunt undique. Si enim hoc egero, mors mihi est. Si autem non egero, non estugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini: exclamavit voce magna. Daniel. 13. 22.

ELEAZARUS Scribarum primoribus unus, & zate nonagenarius, dum coactus ab impio rege carceres porticas comedere contra Dei legem, responderet, Eris (vel carnes voranda porcinæ, vel simulandum me vorare) in præsentem tempore supplicis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam. 2. Machab. 6. 26.

Eodem remedio usi sunt plerique omnes Martyres pro Christi fide trucidati, memores dicti Christi: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Matth. 10. 28.

Eodem pertinet, quod ad populum Antiochenum occasione trium puerorum ad Nabuch. ad clybanum ardentem damnatorum dixit S. Chrysost. hom. 6. Tunc, inquiens, fornax accensa erat, illi verò hanc quidem contemperunt, peccatum autem timerunt.

DE TIMORE SERVILE EJUSQUE QUALITATE.

S. THOMAS suprà art. 4. Timorem servilem quoad substantiam non esse malum: Servilitatem tamen quæ nascitur ex perverso amore boni creati, & respicit fugam peccati ex eo motivo, esse malam, eum sic homo liberè non agat, ex amore videlicet, quod est intrinsecum agendi principium: sed more mancipiorum. Unde illud.

Oderunt peccare mali formidina peccata. Potest tamen esse timor servilis laudabilis, si oritur ex amore boni particulariter pro peccato amittendi, & sit conjunctus timor culpe: tunc enim laudem meretur, & talis expellere potest peccatum. Unde illum fuisse S. Joan. Baptistam, ut homines commoveret ad penitentiam: dicens: Progenies viperarum, quis demonstret vobis fugere à ventura ira? Matth. 3.

Immo Christus Matt. 10. Timete eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam, & didicidit toties minatur supplicia futura, ut eorum timorem conciperemus, & respiceremus.

B. Antonius apud Athanasium ait, Formido iudicii, & peccatorum timor horridus, simul & lubricæ carnis incentive dissolvit, & rucntem animam quasi ex aliqua rupe sustentat.

S. Chrysost. hom. 5. ad pop. Antiochen. dicit metum gehennæ etiam in anima hominis iusti esse militem fortem, & armatum, qui fures, & latrones, omnesque hostes longe arceat à domo, S. Ambros.

5. Ambros. serm. 21. in Psalm. 118. scribit, Beatos Martyres A in agone constitutos martyrii, timore gehennæ ante oculos mentis propolite vincere solitos: eorum pœnarum timorem, quia à carnificibus ingereretur.

S. Hier. ep. 22. ad Eustochium de servanda virginitate, ait se metu gehennæ solitudinem, & durissimum vite genus elegisse.

S. August. J. de gratia, & libero arbitrio, c. 18. ait sanctis viris timorem illum à Deo donari, de quo Dominus ait: Timete eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.

REMEDIUM CONTRA TIMOREM SERVILEM.

Timor servilis quamvis malus non sit, est tamen imperfectus. Ad illum autem repellendum B. Gregorius in Pastoralis 3. part. c. 14. suggerit remedium his verbis: Amovendi sunt, qui flagella mœtant, ut si malis veraciter carere desiderant, æterna supplicia perhorrescant, neque in suppliciorum timore permaneant, sed ad amoris gratiam nutrimento charitatis excreseant. Scriptum quippe est, perfecta charitas foras mittit timorem, & rursum scriptum est: Non accepit spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo B. clausimus Abba pater. Unde idem Doctor iterum dicit: Ubi spiritus Domini, ubi libertas: Si ergo ad hæc à prava actione formidata pœna prohibet: profecto formidantis animam nulla spiritus libertas tenet. Nam si pœnam non metueret, culpam procul dubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis, quàm ligat servitus timoris. Bona enim pro metu ipsamanda sunt, & non pœnis compelluntibus exequenda. Nam qui propterea bonum facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse, quod metuat, ut audacter illicita committat. Unde luce clarius constat, quod coram Deo innocentia amittitur, jante ejus oculos desiderio peccator. Hæc ille.

DE TIMORE FILIALI.

Qui præcipit est Timor Dei, & dicitur Spiritus S. Timor filialis est, quem laias nomen inter dona Spiritus Sancti, eumque castum alio nomine Theologi vocant, præsupponunt enim illa dona charitatem, eum qua servilis timor ut talis conferens non potest: & manet ille Timor etiam in altera vita, non ut esse cum aliqua anxietate conjunctus, sed ut est tremor quidam naturæ scilicet cum divina majestate confertis, & abhorrentis à separatione ejusdem, tanquam à maximo malo, videatur. S. Thom. art. 11. Aug. lib. 14. de Civ. Dei, cap. 9.

EJUS DIGNITAS.

Multis S. Scripturæ testimoniis illius Timoris dignitas innotescit, ut quæ testatur illum Beatum, qui Dominum timet: Psalm. 111. Eccles. 25. Item, nihil esse melius quam timorem Dei Eccles. 25. cap. 40. Timor Domini sicut Paradisus benedictionis. Rursus. Initium vocatur sapientie: immò & plenitudo, ac corona. Psalm. 110. Eccles. 1.1.

Cæterum de intellectu hujus sententia, qua timor Domini dicitur initium Sapientia, variant doctores, & Interpretes, ut annotavit Joan. Malderus Episc. Antwerp in suo Tract. de Insti. & Relig. art. 7. q. 19. Unus intellectus est, inquit, quod timor Domini sit primus effectus sapientia, ita D. Thomas, qui illud explicat tam de timore servili, quam de casto, & filiali. Similis est sententia Proverb. 1. Timor Domini principium sapientia. Proverb. 9. Principium sapientia timor Domini. Ecclesiasticus 1. Initium sapientia timor Domini.

Alter intellectus est Jansenius in cap. 1. Proverbiorum, qui putat illa sententia non significari unde sapientia in nobis incipit operari, sed unde oritur, ut significetur, tum demum incipere nos sapere, quando incipimus Deum timere, accipiendo timorem Dei pro Theosopia, pietate, & religione in Deum. Quod explicatio melior est, quæ Ecclesiasticus 1. dicitur, timorem Dei esse radicem sapientia: quæ commodissime fecundum posterorem intellectum dicuntur. Inchoatus enim timor Domini, qualis in timore peccati considerari solet, inchoata quædam est sapientia: perfecta autem Dei timor, five pietas perfecta in Deum, consummata sapientia est. Appropinquat hunc intellectum Bellarminus in illud Psalm. 110. Alii sic accipiunt Psalmistæ sententiam, ut initium pro capite, ac summa accipiantur, & sensus sit, quicquid summatim habetur de sapientia, ad timorem Domini referendum esse, ita Genebrardus, & parum videtur differre à secunda interpretatione.

UTILITAS.

Tantum spiritualium fructuum copiam suppeditat nobis divina Scriptura ex penu Timoris Domini, ut alieno præsidio non admodum egemus.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

1 Odium mali. Timor enim Domini odit malum. Proverb. 8.

2 Depulsio peccati. Ecclesiasticus 1. 27. Timor Domini expellit peccatum.

Unde Clemens Alexandrinus, cap. 7. Strom. Abstinenciam à malis operatur, qui timet.

Ambros. 1. Hex. cap. 4. Qui timet Dominum, declinat errorem, & ad virtutis semitam vias suas dirigit. Nisi enim quis timuerit Deum, non potest renuciare peccato.

3 Studium placendi Deo. Ecclesiasticus 2. 19. Qui timent Dominum, inquirent, quæ beneplacita sunt ei.

4 Conversio ad vitam meliorem. Qui timet Deum, converteretur ad cor suum. Eccl. 7. In Isa. 26. Juxta 70. A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis.

5 Initium fidei, & charitatis. Timor Dei initium dilectionis ejus, fidei autem initium agglutinandum est ei. Eccl. 25. 16.

6 Causa observationis mandatorum Dei, & bonorum operum. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius. Et, Qui timet Deum, faciet bona.

Unde S. Augustinus in sententiis c. 17. Ad omne opus bonum amor ducit, & timor Dei. Ad omne peccatum ducit amor, & timor mundi.

7 Constantia in tentationibus radix. Nam in timore fiducia fortitudinis. Et, qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pavebit, quoniam ipse est spes ejus. Proverb. 1. Lactantius libro sexto de vero cultu. Nemo dubitat, inquit, quin timidi, & imbecilli sit animi, aut dolorem metueret, aut egestatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem, quæ omnia quisquis non exhorruerit, fortissimus judicatur. Qui autem Deum metuit, illa universa non metuit. Quod probat exemplo Christianorum martyrum, qui solo metu Dei atrocissima passi sunt supplicia.

8 Favor, & misericordia Dei erga timentes Deum; ipsorumque posteros. Misericordia Domini ab æterno, & utique in æternum super timentes eum. Psalm. 10. 2. 17. Psalm. 117. 4. Et beatissima Virgo apud Lucam. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. cap. 1. v. 50. Eccl. 10. 23. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum, & Tob. 4. 23. Multa bona habebitis, si timentis Deum.

9 Affluentia bonorum temporalium. Timete Dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Divites eguerunt, & estarierunt, inquirentes autem Dominum non minuerunt omni bono. Beatus vir, qui timet Dominum. Potens in terra erit semen ejus. Gloria, & divitiæ in domo ejus. Psalm. 111. 1.

10 Verum cordis gaudium. Timor Domini, gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delestat cor, & dabit lætiam, & gaudium, & longitūdinem dierum. Eccl. 1. 11.

Hinc Chrysost. hom. 18. ad populum. Dei timor stabilis, immotusque, & tantam emittit lætiam, ut nullus eos aliorum sensus malorum capiat: Deum enim licet oportet, timens, & in ipso confidens voluptatis radicem lucratus est; & omnem habet lætitiæ fontem.

11 Fiducia de felici exitu ex hac vita. In timore Domini esto tota die, quia habebis spem in novissimo, & præstatio tua non auferetur. Proverb. 23. 17. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die dysfunctionis suæ benedicetur.

12 Custodia innocentia, & castitas, nam innocentia custoditem timorem Dei appellat S. S. Cyrillianus ep. ad Donatum.

Eodem pertinet, quod S. Ephrem in sermone de penitentia ait. Timor Dei velut gladius anceps est, omnem concupiscentiam pravam excidens.

S. Augustinus in illa verba, Confige timore tuo carnes meas. Tali, inquiens, timore carnes cruciuntur, quando carnales delectationes, quæ legis litera vetantur potius, quam vitantur, spiritualium bonorum delectatione vincuntur, & eadem usque ad perfectionem crescente victoria perimuntur.

14 Custodia omnium virtutum. Sic enim S. Hieron. ep. 127. ad Fabiol.

Fabul. Timor virtutum custos est. securitas ad lapsum facilis. A Unde quodam Psalmo, postquam propheta dixerat, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ubi me colloca-

TIMORIS FILIALIS, ET SERVILIS EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Usque ad beatitudinem confirmatam non potest esse securitas, nam & Angeli in caelo empyreo, & primi Parentes in B terrestri paradiso peccaverunt. Gen. 3. Loti inter peccatores pessimus bonus fuit, & extens inde cum filiabus propriis in monte peccavit. Unde beatus homo, qui semper est pavidus. Gen. 19. Defectus timoris divini est causa peccati, ideò dixit Abraham ad Abimelech: Cogitavi tecum, dicens, Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me. Gen. 20. Timuerunt Obstetrices Dominum, & edificavit illis domos. Exod. 1. Post transitum maris rubri, & submerionem exercitus Pharaonis dicitur: Timuit Populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus. Exod. 14. Voluit Dominus in filios Israel multum timorem incutere, ideò cum tonitruis, & igne, & signis terribilibus legem dedit. Exod. 19. ADIAS dispensator domus Achab timebat dominum Israel valde, nam cum interficeret Jezebel Prophetas domini, tulit & ille centum prophetas, & abscondit eos, & pavit. 1. Reg. 18. Homines, quos militi rex Babylonis ad habitandum Samariam, non timebant Dominum, & inmisit eis dominus leones, qui interfecerunt eos. 4. Reg. 17. Constituit Josaphat Judices in cunctis civitatibus Juda, precipiens eis inter cetera, Sit timor domini vobiscum, & cum diligenter cuncta facite. Non enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas. 2. Par. 19. Tobias senior ab infantia filium suum timere dominum docuit, & timentes Deum ad convivium suum fecit vocari. Sequitur, Plus timens Deum quam regem, rapiebat corpora occisorum, & sepeliebat. Tob. 1. Confitendo in oratione domino, dicebat Sara filia Raguelis: Virum cum timore tuo, non cum libidine mea consensu accipere. Tob. 3. IOBIAS junior, & amici sui timore Domini nuptiarum convivium exercebant. Tob. 9. Erat Judit in omnibus vidua famosissima, quoniam timebat Deum valde, nec erat, qui loqueretur de ea verbum unum D malum, Judith. 8. Inter alia, de quibus commendatur Job, signanter tangitur timor Dei, Cap. 1. & 2. Unde ipse dixit: Semper enim timens quasi super me fluctus timui Deum. Tob. 1. 2. & 31. De muliere forti dicit specialiter: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Prov. 31. Commota tempestate magna, Nauta, cum quibus erat Jonas, miserunt ipsum in mare, & stetit mare à furore suo, & timerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hostias, & voverunt vota Domino. Jona 1. Cum plagis premeretur Eleazarus, ait Domine, tu scis, quia cum à morte possem liberari, duos corporis sustineo dolores; secundum animam vero, propter timorem tuum libenter hæc patior. 2. Mach. 6. Si timendus est aliquis Dominus, quia potest multa bona donare, multo magis summe timendus est Deus, quia summa bona donare potest. Unde Tobias, Noli timere, filii, multa bona habebimus, si timuerimus Deum. Tob. 3. Et quia potest mala inferre, propter hoc Christianis dicit: Time te eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Matth. 10. Signavit et punitus servus ille, qui talentum sibi credi-

to non multiplicavit, sed ligatum in sudario integrum reportavit, quid fiet de illo, qui omnia dissipat luxuriose vivendo, & quantum in ipso est dominum impugando, si non convertatur, & penitet? Matth. 25. Luca. 19. Valde graviter punientur illi, qui opera iniquitatis & nequitie perpetraverunt. Ex quo apparet, quod ita confundentur, qui opera misericordiam non fecerunt. Ideo, dicitur, maledicti in ignem æternum. Matth. 25. Simeon erat homo justus, & timoratus, & expectans redemptionem Israel. Luca. 2. Viri timorati curaverunt Stephanum à Judæis lapidatum, & fecerunt planctum magnum. Act. 8. Post conversionem Pauli scriptum est, Ecclesia edificabatur, ambulans in timore domini, & consolatione spiritus sancti crebatur. Act. 9. Occasione Cornelii Deum timeatis: dixit Petrus, in omni gente, qui timeat Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi. Act. 10. HISTORICA.

Cum JULIANUS Imperator multa excogitaret, quibus Paganorum ritus extolleret, & milites ad cultum idolorum inclinaret, invenit tandem modum, qui compluribus militibus claræ virtutis coronam dedit. Cum venisset enim tempus, quo imperialia milites solent accipere (hoc enim agitur plerumque die Calendarum Januariarum, & natali Principum, & urbium) exquisivit, ut eos simpliciter, & expresse consuetudine fallere posset, justique, ut unusquisque ad manum Imperatoris accedentium, admonitus ab officis, primò incensum offerret: Erat enim ante curia positum thus, & ara, secundum antiquam Romanorum solemnitatem. Tunc quidem alii liberè suam fortitudinem ostendunt, & neque incensum offerre, neque donum accipere ab Imp. sustulerunt: alii vero occasione legis, & antiquitatis, ne mente quidem peccarent, quod commiserit peccatum. Alii propter lucrum capti, aut timore turbati, seu jussione repentina conclusi licet intellexerint, tamen Paganismum declinare nequerunt. Plurimè quidem per ignorantiam decepti, cum inter cibos, G ut fieri solet, & pocula invocarent inter se Christum, respondens quidam dixit: quid patimini in vocantes Christum, quem paulo ante denegastis, cum donum ab Imperatore percipientes thus in ignem mitteretis? Cumque Milites hoc audissent, & quod gesserant, agnovissent, statim exilientes per publicum curebant, atque impetu facto proclamabant Deum suum, & cunctis hominibus testabantur se esse Christianos, & in eo nomine permanere, atque per ignorantiam se fecisse, & si dici posset, solam manum Paganam esse; conscientia verò nihil simul egisse. Cumque venisset ad Principem, projecterunt aurum, quod accepterat, & forti voce pecebant, ut reciperet, quod dedisset, & illos occideret: se enim agere peccantiam fatebantur, eò quod improvide eorum dextera peccasset; & studere propter Christum totum corpus penæ tradere. Hi itaque, ut ait S. Anton. filii timore compulsi malebant capite truncari, quam vel in medio Deum ostendere vel displicere; & cujus misericordia à progenie in progenies timebuntis eum, tali nempe timore. Hist. Trip. lib. 6. hister. Eccles. cap. 30. & D. Antonin. a. p. Sum. lib. 14. cap. 13. Quem ad modum timor naturalis materialiter consumit carnes, ita coelestis concupiscentias, ne quis vincatur ab illis. Proinde rectè rogabat Psalmissa, cum diceret: Confige timore tuo carnes meas: Unde interrogatus Macaeus Abbas, cur ita sicus, & macilentus esset, cum comederet; sic eum cum jejunaret; respondit: Sicut lignum, cui carbonem igniti apponuntur, sensim consumitur ab igne omnem ejus viriditatem, & humorem abstrahente; sic qui mentem suam continet in timore Domini, carnem, & ossa consumit. D. Anton. ibid. Horum verborum memor Anastasius, Marzabananus Præfatum, qui eum minis, ac tormentorum violentia à fidei suscepta constantia deterrere nitebatur, ita est allocutus: Non timeo Regem, ad quem meam in fide perniciam delatum te minaris; an non ipse quoque homo est, in quem cadit iniquitas? Quemnam me ergo timere oportet; an illum, qui atque atque ego interit; an eum qui semper est, & omnia produxit? S. S. Surius tom. 1. in ejus vita.

Inter varia virtutum merita, quibus insignitus erat. Ceada in Meritorum Provincia Episcopus, in tantum eraticionis Domini subditus, in tantum novissimorum suorum in omnibus

minibus operibus suis memos, ut si eo forte legente, vel quid aliud agente, repente factus veni major alligeret, continuo misericordiam Domini invocaret, & cum generi humano propriari rogaret. Si autem violentior aura inlisteret, jam elaturo codice procederet in faciem; atque omnibus orationibus incuberet. At si procella fortior, aut nimbus perurgeret, vel etiam corculi, ac tonitrua terras, & æra terrenter, tunc veniens ad Ecclesiam sollicitus orationibus, ac psalmis, donec serenitas aeris rediret, fixa mente vacaret. Cùmque interrogaretur à suis, quare hoc faceret: Respondebat, non legitis? Quia innotuit de caelo Dominus, & altissimus dedit vocem suam: Misit sagittas suas, & dissipavit eos; fulgura multiplicavit, & conturbavit eos? Movet enim acta Dominus, ventos excitat, jaculatorum fulgura, de caelo intonat, ut terribiles ad timendum se suscitaret, ut corda eorum in memoriam futuri Judicii revocet, ut superbia eorum dissipet, & conturbet audaciam, & redudo ad mentem tremendo illo tempore, quando ipse caelis, & terris ardentibus venturus est in nubibus, cum potestate magna, & majestate, ad judicandos vivos, & mortuos, propter quod oportet nos admonitione ejus castissimi debito, cum timore, & amore respondere; ut in quietis ære commoto manum ad ferendum quasi mimantis erexerit; ne adhuc tamen percutat, mox ejus impleremur misericordiam, & discussis penetralibus cordis nostri, atque expurgatis vitorum rudibus, solliciti, ne unquam percipi mereamur, agamus. S. Beda. lib. 4. hister. Angl. cap. 2.

TIMOR MALI FUTURI IN GENERE.

Èras dicitur, id est, Epeo timidior, de magnopere pavidio dicebatur. Ab Epeo quoniam dictum, nota timiditatis homine. Datum est hoc cognominis Cratino Comico, per allusionem fortassis, quòd cum Oenoidistibus princeps esset, in eo numere timidius se gereret. Eras in Adagiis. Ajunt, Pisandrum fuisse quoniam prodigiosa timiditate, adeò ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi videret, quæ se vivum reliquisset. Inde ortum adagium: Timidior Pisandro. Erasius in Adagiis. IN SPECIE. MORIS. ISOCRATES Atheienfis rhetor jam senex, quem admodum haberet, querenti: Ita, inquit, ut homo, qui supra nonaginta annos natus mortem summum malum dicit. Neque enim acuendis gladiis, vel lancea cuspida, vel galea extergenda, vel æra merendo, nec sociis navalis, sed ancithetis, parietis, & homeoptotis conglutinandis, & contextendis, tantum non scaptris, & strigilibus comprehensionis, & ambitus verborum poliens, & concinnans, consentit. Non mirum igitur, si strepitum amorum horruisset, & concursum aciei, homo qui committere cum vocali vocalem, & syllaba isocolon truncum proferre timuit. Plus de glor. Arden. Cum post Cannensem cladem L. Cæcilii Metellus, & cum eo plerique nobiles Adulescentes deserta Italia de fuga ad regem aliquem consularent: P. Furius Philus ejus rei P. Scipionem tribunum militum certiorum fecit. Is licet juvenis adhuc, aliis stupentibus: Qui temp. salvam vult, inquit, me sequatur. Atque ipse princeps paucis sequentibus ad Metelli tabernaculum devolat, ibique à fristo gladio super consultantium capita, primus gravi executione interposita, in sua ipsius verba jurat, fore unumquam Italianam, & cum Italia patriam ipsam metu desereret. Inde in Metellum conversus, Tu quoque sic jures volo, sic & qui tecum hic adsunt: si quis id facere, recusat, hunc censem in saum caput à me nudatum continuo experietur. Metellus, & alii subita re percussim non aliter attoniti itabant, quam si tum Pænis suo capiti immimeret. Ordines itaque in Scipionis verba jurarunt, & sequere illi ab hoste protegendos tradiderunt. Sab. lib. 1. En. 5. Front. lib. 4. c. 7. TIBERIUS CÆSAR dixit, Hominem sexaginta annis majorem, qui manum medico porrexisset, ridiculum esse. Plus in Præcept. salub.

TIMORIS NATURALIS, ET HUMANI EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Dixit Abimelech ad Abraham, Deus tecum est in universis, quæ agis. Jura ergo per Deum, ne mihi nocens. Gen. 21. Egypci persequentes filios Israel, qui ibant per medium mare, dixerunt: Fugiamus Israel, Deus enim pugnat pro eis. Exod. 14. Videns Saul quòd Dominus esset cum David, cœpit timere eum. 1. Reg. 18. Principes quinquagenarius, qui tertio venit ad Eliam, reverenter loquutus est ei; quod & quia non fecerat, duo alii fuerunt ab igne desuper consumpti. 4. Reg. 1. Factum est, cum complexus esset murus Jerusalem, ut timebant universæ Gentes, quæ erant in circuitu. Neb. 6. Cœcidit timor Jude, & stratum ejus, & formido super omnes gentes in circuitu eorum, & pervenit nomen ejus ad regem. 31. Mach. 1. Audientem adversarii, quia paratus est Jonathas cum suis in bello, & timuerunt, & formidaverunt in corde suo. 1. Mac. 1. Postquam Lyfias fuit debellatus à Juda Machabæo, voluit B. L. Tobar. vit. Human. Tom. VII.

pacem facere cum eo, & promisit consenturum se omnibus, quæ iusta erant, & qualis ad voluntatem Jude, 2. Mac. 11. Herodes metuebat Joannem, sciens eum virum justum, & sanctum, & custodiebat eum. Marc. 6. Post terribilem mortem Ananias, & Saphiræ, erant omnes discipuli in portibus Salomonis. Ceterorum autem nemo agebat se illis conjungere, sed magnificabat eos populus. Act. 5. Cùm Paulus, & Silas essent in carcere pariter positi, & pedes eorum signo stricti, subito terræ motus factus est magnus, Custos autem carceris tremefactus prociidit Paulo, & Syrae ad pedes, & ait: Domini, quid me oportet facere, ut salvus siam? Act. 16. HISTORICA.

TIMOR MALI FUTURI IN SPECIE.

Èras dicitur, id est, Epeo timidior, de magnopere pavidio dicebatur. Ab Epeo quoniam dictum, nota timiditatis homine. Datum est hoc cognominis Cratino Comico, per allusionem fortassis, quòd cum Oenoidistibus princeps esset, in eo numere timidius se gereret. Erasius in Adagiis. Ajunt, Pisandrum fuisse quoniam prodigiosa timiditate, adeò ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi videret, quæ se vivum reliquisset. Inde ortum adagium: Timidior Pisandro. Erasius in Adagiis. IN SPECIE. MORIS. ISOCRATES Atheienfis rhetor jam senex, quem admodum haberet, querenti: Ita, inquit, ut homo, qui supra nonaginta annos natus mortem summum malum dicit. Neque enim acuendis gladiis, vel lancea cuspida, vel galea extergenda, vel æra merendo, nec sociis navalis, sed ancithetis, parietis, & homeoptotis conglutinandis, & contextendis, tantum non scaptris, & strigilibus comprehensionis, & ambitus verborum poliens, & concinnans, consentit. Non mirum igitur, si strepitum amorum horruisset, & concursum aciei, homo qui committere cum vocali vocalem, & syllaba isocolon truncum proferre timuit. Plus de glor. Arden. Cum post Cannensem cladem L. Cæcilii Metellus, & cum eo plerique nobiles Adulescentes deserta Italia de fuga ad regem aliquem consularent: P. Furius Philus ejus rei P. Scipionem tribunum militum certiorum fecit. Is licet juvenis adhuc, aliis stupentibus: Qui temp. salvam vult, inquit, me sequatur. Atque ipse princeps paucis sequentibus ad Metelli tabernaculum devolat, ibique à fristo gladio super consultantium capita, primus gravi executione interposita, in sua ipsius verba jurat, fore unumquam Italianam, & cum Italia patriam ipsam metu desereret. Inde in Metellum conversus, Tu quoque sic jures volo, sic & qui tecum hic adsunt: si quis id facere, recusat, hunc censem in saum caput à me nudatum continuo experietur. Metellus, & alii subita re percussim non aliter attoniti itabant, quam si tum Pænis suo capiti immimeret. Ordines itaque in Scipionis verba jurarunt, & sequere illi ab hoste protegendos tradiderunt. Sab. lib. 1. En. 5. Front. lib. 4. c. 7. TIBERIUS CÆSAR dixit, Hominem sexaginta annis majorem, qui manum medico porrexisset, ridiculum esse. Plus in Præcept. salub. Antiquis vatum responsis ferebatur insultum fore, & infelix Imperatori pop. Rom. qui exercitus armatos trans Euphratem amnem, urbemque Ctesiphontem promovisset. Exitiali hoc fuisse M. Licinio Crasso, ipsumque Trajanum in Italiam cum Parthica victoria rediisse. Hoc forsasse metu, nisi magis invidia, inductus Adrianus, qui à Trajano adoptatus fuerat, Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam, quas Trajanus imperio Rom. adjunxerat, Persis reddidit, & Euphratem impetum suum esse voluit. Eutrop. lib. 8. Eloquentie. Philippus Macedo recenti exultans victoria ad Charoneam de Græcis parta, & vino gravis, cadaveribus insultans, initium cepit Demosthenis plebisciti, ad pedem atollens vocem, & supplotens. Demosthenes Demosthenis se consuit. Panienfis. Dificussa verò crapula, cum magnitudinem secum repuisset propositi periculi, horror eum perstrinxit eloquentie, & nervorum. St 3 rum

ros existimans Alexandri potentiam. Cur illi hoc unum, ne a celum ruat. Strab. l. 7.

* Antem non tam timidus fuisse fertur, ut domi plurimum vixit, quibus servis supra caput areum seutum tenentibus, ne quid superne caderet, lectica non nisi ad aperta utebatur.

* Helioababul tumultu militari exercitus, non obtulit se irato militi, sed cum matre foetidam cloacam petit, ubi multis vulneribus confosus, turpem vitam turpissima morte finivit.

TIMORIS, TIMIDITATIS POENA. *Vide locum de Poena, & Punitio.*

* HIEROGLYPHICUM.

Joan. Pterius Valerianus, cuculum timidi hominis hieroglyphicum esse affirmat, quodam ex Horatio, & Plutarcho in cum sensum profertens, aliaque lepidè dicta.

Tinctores.

Vide Mechanici officios secundum formam operis considerati.

* Tintinnabulum.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Tintinnabulum est instrumentum aeneum, quo sonus excipitur, inserto pistillo, quod utramque partem quatit, sive pulset. Nomen est fictivum, à sono, sive tinnitu, quem edic, hinc Tinnio de metallis proprie dicitur, cum ex eorum qualitate sonus Tin, Tin excipitur. *Xáδωριζο* Græcis, & tintinnabulum *xáδωρ* appellatur, meminit hujus vocis Juvenalis Satyr. 6.

Tot pariter pelves, & tintinnabula dicas *Pulsari.*

Sunt & qui Nolam, & Campanulam, & Petasum, & Lebeitem tintinnabulo usurpant, quod ex eadem materia constat, & in sono conveniant, quamvis forma non nihil differant, cum tintinnabula plerumque rotunda sint, & figuram sphaericam habeant.

Videatur locus de Campana.

VARIETAS. INVENTIO.

Vide eundem locum.

USUS VARIUS. IN SACRIS.

Præceperat olim Deus, ut in vestimento summi Sacerdotis, sive Pontificis dependere deorsum ad pedes per circuitum mala punica immixta tintinnabulis. *Eccles. l. 45, dixit ea plura fuisse. S. Hieron. & Isidor. lib. 1. Etym. 21. præcise numerant 722. mala punica, & totidem tintinnabula. Exod. c. 28.*

Rationem hujus ceremonie Scriptura tradit. *vers. 35*, ut audiatur sonus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini; & non moriatur. Id est, ut non moriatur propter inobedientiam: volo enim, & jubeo sonum Pontificis, puta pulsatum tintinnabulorum ejus audiri in ingressu, & egressu tabernaculi, ad excitandum in eo, & in populo reverentiam mihi debitam, videlicet, ne domum meam intret nisi prævio pulsu, non quem ego audire cupiam, sed quem ipse, uti & populus audiens, admoneatur majestatis meae, cujus templum ingreditur simul, & reverentia, officii sui.

TROPOLOGICA, ET ALLEGORICA SIGNIFICATIO.

Tintinnabula hæc Allegoricè prædicationem Christi, mala vero punica ejusdem miracula significabant. Ita Rupertus, quem videri reliqua omnia Christo accommodantem. Prosper hæc Pentecoste attribuit, in qua fuerunt tintinnabula (quæ ipse numerat 50. in tunica Aaronis) & mala punica, id est, linguæ ignea Apostolorum personantes magnalia Dei. Tropol. 3. Hieron. Iamta, ait, debet esse scientia, & eruditio Pontificis Dei, ut gressus ejus, & motus, & univerba vocalia sint Veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet, & ornatus; ut quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina fit populi: abfque tintinnabulis enim, & divertis coloribus, & gemmis, floribusque virtutum, nec Sancta ingredi potest, nec nomen antititatis possidere.

Et S. Chrysost. hom. 37. in Math. Sicut inquit, homo ubicumque fuerit, ceteris animantibus præstat: ita doctorem decet, sive loquatur, sive silat, sive in conviviis, sive alibi sit, ceteris hominibus præcellere: deo ut incessu, & aspectu & habitu, omnibusque simpliciter aliis in rebus, præstantior esse videatur.

Rursum Tintinnabula sunt aurca, ut significetur omnem

sermonem Pontificis debere esse aureum, de charitate, de sanctitate, rebusque divinis.

Eodem modo hæc non tantum de Pontifice, sed & de quovis Sacerdote nostro (qui sanctior esse debet Pontifice Judaico, eo quod sanctiora tradit, & consecrat mysteria) accipiunt. S. Aug. 9. 119. & S. Gr. lib. 1. regist. ep. 24. Ideo, inquit, in incessu Sacerdos habet tintinnabula, ut vitæ viam cum lingua sonitu, ipsa quoque bona opera Sacerdotis clament: diciturque (Mala punica jungite) quasi dicat, Per omne quod dicitis, unitatem fidei tenetis. Nam malum punicum, quod uno cortice multa grana complectitur, unitatem fidei designat, vel, ut ait Beda, multifariam virtutum operationem uno charitatis munimine testam. Vide Bedam hæc omnia simili ratione adaptantem.

Origenes hom. 9. notat Pontificem in ora, & sine vestis habere hæc tintinnabula, ut de extremis temporibus, & sine mundi nunquam silat, sed inde semper sonet, inde loquatur, inde disputet, secundum eum, qui dicit: Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. Illud sanè efficient præstantissimum, efficacissimum concionatores, ut nullam habeant concionem, in qua novissimi alicujus comminatione, vel terrore auditores non percellant.

Hinc & Greg. Nisensis videtur per hæc tintinnabula accipere novissimam tubam Archangeli, quæ canet, Surgite mortui, venite ad judicium: idèque inquit, per hæc sua tintinnabula monetur sacerdos, ut corpus habeat leve, & æreum ex cibi, potuque tenuitate, ut exiliat ad novissimam turbam, feraturque sublimis per æra obviam Christo venturo ad judicium.

Quære Locum de Campana. USUS APUD PROFANOS. IN BALES.

Solebant olim tintinnabuli sonitu convocare populum ad balnea, & hunc potissimum fuisse hujus instituti usum Augusto thesauri linguae Latine indicare videtur. Et quidem testè Plinio, tintinnabula hæc cæcis excepta oriænon imponebantur, ut vento agitata longè sonum referret, & ita Dodo-næ factum scribit lib. 36. cap. 13.

In insula Jasio tintinnabuli crepitus pisces venales adesse indicio erat. Strabo lib. 14. *Vide Tit. Musica contemptus.*

Notum est illud Martialis.

Sonat es thermaeum, ponite pilam, *Virgine vos sola lotus abire domum?*

AD MERCATUM INDICENDUM.

Strabo meminit lib. 14. Georg. Tintinnabuli sonitu pisces venales fuisse, judicabantur in insula Jasio.

ETIAM IN SEPULCHRIS.

Varro refert, in sepulchro Porcennæ Regis fuisse, quatuor pyramides cæcis summatitæ, & quibus tintinnabula pauca propendebant, quæ à vento concussa, sonum, & concentum edebant.

IN ADIBUS PRIVATIS.

Olim, uti & hodie, in ædibus non modo ditionum, sed vulgatilium, tintinnabuli sono excitari solebant, meminit de veteribus Lucianus. De usu nostrate res clars est, per tintinnabula familiarum excitari, convocari: immo & ad venientes eo signo, prætolari, ut intro mitantur, idè foribus applicantur.

HORÆ DISTINCTE.

Apud Antiquos horas aqua, & umbra distinctas constat. Posterioribus sæculis videtur distinctio per tintinnabula facta: Sunt tamen qui etiam per sonum distinctas contendent; figuram suo libello de Tintinnabulis inseruit Hieron. Megius cap. 6.

IN SACRIS.

Item Pro Eleemosyna imperanda. Ante Deum Syriæ delubrum phalli duo erant, ait Lucianus, insignis proceritatis: in quos Sacerdos confestim facta, præceque facturus, inclamate autem solitus erat, utque verbis sonus, aut tinnitibus sonaret, tintinnabulum pulsabat. *Vide, quæ supra de Pontif. Judæor. dicuntur.* Idem Sacerdotes tintinnabulo, & pera stipem emendicabant per urbem: uti hodie faciunt muti, & surdi per vicus mendicantes. Immo vidi Coloniam, & concionante me ibidem accidit; quod media concione quidam faculo, cui exiguum tintinnabulum affigebatur, moneret Auditores ad erogandum eleemosynam, quam eidem faculo per bacillum extenso iniicunt. Sanè in Ecclesiis Christianorum frequentissimus est usus tintinnabulorum.

IN ANIMALIBUS.

Pecudibus alligata olim, sicut etiam hodie, tintinnabula, auctor est Strabo, tum ut de loco pascuæ constet, tum ad terrorem

* Titulus.

rem ferarum, tum quod eo sonitu pecora delectati arbutarentur. Hinc Elephantis, equis, ovibus, porcis: immo & in avibus usus est tintinnabulorum.

IN TRIUMPHIS, ET SUPPLICIIS.

Zonaras lib. 11. tradit, consuevisse Græcos tintinnabulum suspendere è collo illorum, qui ad supplicium ducebantur, idque ne quis ex improvviso illorum contactu pollueretur, quia audito strepitu illo omnibus declinandi dabatur facultas.

Imperatoris Triumphantis curru tintinnabulum cum scutica, sive flagro alligabatur, quo Imperator illis suppliciorum instrumentis moneretur sui officii, & moderacionis in omnibus servandæ. Zonaras illius meminit, non tamen Plutarchus, qui ritus Triumphales accuratè describit. Unde cuiuspiam videri posset, posterioribus imp. in usu duntaxat fuisse.

Suidas auctore constat fuisse Tympani genus veteribus usitatum, quod introsum multa tintinnabula complecteretur, quod parum sonum eederent. Quomodo nunc penè Crotala apud Turcos reperitur. Attramen in castris, & exercitu tintinnabula adhibita constat, quibus ad arma miles vocabatur, eum in hostem eundum, ut coeundum. Itali curru utuntur in castris, quem Carrocium vocant, cuius magna est jactura, si hostis cum consequratur. In illo tintinnabulum majus, quod eo progrediente sonum edic, soletque in media acie consistere. *Vide infra, In signum Victoriae, Accursii.* Proverbum est Gloss. 11. Regula in hærendum, tanquam Bononienses solent Carrocio. Utis tintinnabulorum in portis urbium, & arcium passim receptus est, & notus.

IN BELLO.

Suida auctore constat fuisse Tympani genus veteribus usitatum, quod introsum multa tintinnabula complecteretur, quod parum sonum eederent. Quomodo nunc penè Crotala apud Turcos reperitur. Attramen in castris, & exercitu tintinnabula adhibita constat, quibus ad arma miles vocabatur, eum in hostem eundum, ut coeundum. Itali curru utuntur in castris, quem Carrocium vocant, cuius magna est jactura, si hostis cum consequratur. In illo tintinnabulum majus, quod eo progrediente sonum edic, soletque in media acie consistere. *Vide infra, In signum Victoriae, Accursii.* Proverbum est Gloss. 11. Regula in hærendum, tanquam Bononienses solent Carrocio. Utis tintinnabulorum in portis urbium, & arcium passim receptus est, & notus.

IN TEMPESTATE.

Vide Locum de Campanis.

IN PUBLICIS, VEL PRIVATIS CONGRESSIBUS.

Utu venire solet, ut viri Principes, Magistratus, & qui familiam capaciorem instruant, tintinnabulis familiares, domesticos, ministros advocent: Sic in Capitulis, Senatu, aliisque Conventibus, Præses, aut qui aliis superior, vocat per campanulam sonum bedellos, virgarios, litigantes, aut si quorum alloquium, vel commercium, aut obsequia requirunt. Habetque ea res non exiguum commoditatem, non longis clamoribus, aut discursibus litopus. Aliibi Proxenæ, Præcones, & qui publicationi rerum venalium additi, signo nolæ, vel tintinnabuli vicatim circumveniens, evulgant si quid promulgandum, quod apud Belgas observatur.

IN SIGNUM VICTORIÆ.

Solent ferè victoriæ celebriores publicis lætitiæ signis honestati. Inter quæ etiam reputatur festivus Campanarum sonus. Sic Anno 1191. contentione de finibus orta, Brixianis Mediolanenses, Bergomatibus Cremonenses studebant. Cremonenses cum tracto amne Ollo agrum Brixianum populabundi inissent, in fugam compulsi Carrocium amiserunt. Carroci machina Mediolanum rei gestæ monumento translata. Brixiani malum, & nolam Brixiam deportarunt, atque perennem trophæi de vicinis hostibus partem memoriam malum in templo maximo suspenderunt, nolam verò in turrim podium pulchro duxerunt, atque ut in diebus. Carnisprivi publicæ lætitiæ gratia pulsaretur, instituerunt. *Sigornius lib. 15. Regni Italici.*

RECREATIONIS ERGO.

ANGELOTTUS Cardinalis S. Marci, cum ejus familia deducendi domini gratia (sicut mos est) ad pulsat tintinnabuli signum tari conveniret, negligentiam illorum per jocum coarguendæ causa, ad horam mensæ vulpina cauda, ne sentiretur, aspeticum mandavit: ita ut paucis modum forte præfentes, tantum discumberent. *Volater. lib. 23. An trop.*

NONnulla querantur in Loco de Campana. SCRIPTORES.

Scipit nuper de Tintinnabulis Hieronymus Maginus, eamque notis illustravit Franciscus Suvertius Antycper. De Campanis autem, præter Joann. Stephanum Durandum, Alcinuan, & illos, qui de Cæremonis Ecclesiæ scripserunt, quædam etiam evulgavit Guido Pancirolus in Tractatu, cui Titulus, *Novæ reperita.*

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

ACCEPTIO VARIA.

Titulus, Græcè *εὐρησθη*, vel *ἕως*, dicitur. Hebr. *Cheiboh, Kethoberh, & Mikettab*, scriptio, scriptura impressa, vel sculpta, etiam in carnem vivam (*Levit. 19. 28.*) incisa: à verbo *Cathab*, scriptis, manu pinxit literas. Est autem titulus proprie index cuiusque operis. In statutis enim, & picturis titulum dicimus literas, quæ vel artificis, vel ejus, cuius statua, sive imago est, nomen demonstrat, vel tempus, quo factum est, declarat. Dicitur autem titulus à tuendo, quasi titulus, quod tuetur factum auctoris.

Cæterum quatuor significationes habet Titulus, vel enim significat inscriptionem, ut titulus libri, titulus crucis, &c. vel est columna, aut pyramis erecta in trophæum victoriæ, aut egregij facinoris, vel est statua, imago, sive idolum erectum ad cultum, & adorationem, qualis titulus prohibetur *Lev. 26. vers. 1.* Denique Titulus est signum, lapis, vel alia res posita, vel erecta in memoriam, & indicium rei alicujus, qualis erat lapis ille erectus à Jacob in titulum, tanquam index, & memoria visionis Angelicæ hoc loco illi factæ. *Genes. 28.*

Hinc etiam eundem titulum oleo perfudit, & in altate consecravit, ut patet eodem cap. *vers. ult.* Sic ut, titulus hic non tantum monumentum, sed etiam altare significet. Argue hinc primi Christiani ad exemplum Jacobi, Ecclesiæ suas vocarunt Titulos, à titulo, id est, signo Crucis, & à titulo, id est, nomine alicujus Sancti, in cujus honorem intitulabatur, id est, nominabantur, consecrabantur, & distinguabantur Ecclesiæ; ut titulus S. Prædixis, est Ecclesia S. Prædixis: titulus S. Laurentii, est Ecclesia S. Laurentii, quæ phrasis crebra est in vitis primorum Pontificum, ita *Sanctus Gregorius 12. de Cruce cap. 7.* Atque ex hisce titulis Cardinales suos titulos, & cognomina sumplerunt, uti docet Hieron. *Plato: l. de Cardinali dignit. cap. 2.*

Est alia usurpatio hujus vocis apud Canonistas, qui Titulum vocant fundamentum, seu rationem fundandi. Unde pronant relatio Juris, aut domini in re quæpiam, quomodo dicimus, rem quampiam iusto, aut præsumpto titulo possidere. Titulo inquam electionis, collationis idoneæ, successivonis: & hæc obtinent in beneficiis Ecclesiasticis plerumque. Item emptionis, jure belli, aut legitima præscriptionis, quæ in secularibus officiis, aut contractibus locum habent. Et hic titulus alius est verus, alius præsumptus; verus, ut si vero Domino quid emam, aut à vero collatore quid consequar, præsumptus, si à fure, quem tamen præsumo probabiliter esse verum Dominum, & sic in aliis.

De titulis prout significant columnas, statuas, idola, altaria, *Videatur Locus illorum propriæ, de Columnis, Statuis, Obeliscis, Pyramidibus, Idolo, Altariis, Templis.* Prout verò significant honorificas Inscriptiones.

Vide Locum de Inscriptione, Monumentis, Insignibus.

Per translationem verò usurpatur pro laude, & dignitate, quam nomini alicujus adiciunt, estque hæc maxime communis hujus vocabuli non modò, sed rei per illud significatæ usurpatio. Omnes enim ea titulorum immanitate lætantur, immemores, quod habet Petrarckas virtutem sibi ipsi titulum esse, nec alium requirere, meminit hujus acceptionis *Ovid. lib. 2. Fast.*

At tua prosequimur studiosè peccatore Casar,

Nomina per titulos ingrediturque tuos.

Porò nihil vanius, quàm nomina quarere, & titulos supplerelle, quod scientia, & arti deest. Sic.

Purpura venit;

Causidicum, vendunt amethystina.

Immo quod longè absurdus,

Ut redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos

Nunc dederit nummos, nisi fuisse annulus ingens.

TITULORUM PROSECUTIO VANA.

Ea est mortalium vanitas, ut semper de se majora opinentur, quàm in veritate habent, & nunquam contenti sua forte majora sectentur, qui sanè excessus etiam in titulis, ac nominibus prohi dolor! nimirum reperitur: sic ut nemo quantumvis vilissimæ sortis, alium non speret, & nescio, quod cognomen affectet. Certè inter viros Principes commune vitium est titulorum, ditionumque nominibus sibi plus æquo applaudere, ac nescio quibus appellationum figmentis se exornare tanquam phaleris.

Antequam Darius, Arsani Hiftaspis filius, qui occupat A tyrannidem Persarum, casurus esset, & vincendus ab Alexandro Magno, eod vanitatis pervenit; feliciter egestis victoriis pluribus contra barbaras nationes Scytharum, & Indorum: ut missa superba legatione contumeliosa, atque imperiosissima ad Alexandrum se regem regum, ac consanguineum Deorum diceret. Alexandrum vero famulum suum appellaret, ut habetur lib. 2. Supplementi ad Q. Curtium, Et apud Herodotum in Melpemene lib. 4. invenitur ejuſdem Darii cippus erectus ad fontes Theatri fluvii cum hac vana inscriptione: in Thracia Theatri annis capita optimam aquam, atque pulcherrimam cunctorum amnium præbent: & ad ea pervenit exercitum ducens ad versus Scythas, vir optimus, atque pulcherrimus cunctorum hominum, Darius Hiftaspis filius, Persarum, cuiusque continentis Rex.

CLOPATRA quoque eod insolentia provecta est, ut se reginam reginarum appellaret. Suidas in voce Cleopatra.

C. CESAR CALIGULA, notatus elationis, & vana gloriæ a Suetonio c. 22. quod voluerit se dici pium, castrorum filium patrem exercituum, optimum, maximumque Cæsarem. *Xpisti-ani ex Diane* addit eundem in eam prolapsam insaniam, ut Deorum vestimenta indueret, in quibus nunc belluofam virginem, nunc mulierem, nunc alios Deos præfentaret.

Sapor Rex Persarum scribens Cæsari Constantino, hos sibi arrogavit titulos, Rex regum Sapor, siderum frater, Solis, & Lunæ, Constantino fratri meo salutem plurimam. *Ammian. Marcell. lib. 17. hist.*

CLEARCHUS PONTICUS factus Heraclæotiarum tyrannus, divinos sibi haberi honores voluit, vestes Deorum induit, filium suum Ceramion, id est, fulmen, appellavit, & multa tyrannice egit: sed postea tandem Clyon familiaris Platonis eum interfecit, teste Suida.

ALEXANDRI regis virtus, & felicitas, tribus insolentia gradibus notata est: fastidio enim Philippi, Jovem Hammonem patrem ascrivit: tedio morum, & cultus Macedonici, vestem inficitam Persica assumpsit: spreto mortali habitu, divinum æmulatus est, nec fuit ei pudori filium, civem, hominem dissimulare, ut referunt *Valer. Max. lib. 9. cap. 5. Q. Curtius, Arius, & Plutarchus in eius vita.*

C. A Suetonio vero, & aliis Julius Cæsar perfringitur ut superbissimus, qui non solum honores nimios accepit, ut continuum Consulatum, Dicituram perpetuam, præfecturam morum, prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ, statum inter reges, suggestum in Orchestra: sed etiam ampliora humano fastigio sibi decerni passus est, immo procuravit, ut templi, aras, simulachra, iuxta Deos, pulvinar, flamine, Luper eos, appellationem mensis a suo nomine, quæ omnia, quam vana fuerint, quamve utilitatem attulerint, docuit exitu vite tragicus.

Utra id, quod Sylla voluit se dici fortunatum, ut ait *Appian. Alexandrinus*, adhuc decreto se Venuſtum appellari voluit. Unus hominum ad hoc avi, inquit, felices sibi cognomen asseruit. L. Sylla, civili namque sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus. *Cælius Rhod. lib. 24. var. lect. cap. 6. & Plinius lib. 7. nat. hist. cap. 44.*

Rex Arabum tempore Veremundi Hispaniarum regis, superbiens, & elatus victoriis; & quod se strenue defendisset a Christianis, permittente id Deo ob peccata Christianorum, voluit se nominari Alhagib, & Almanzor, id est, supercilium quo oculi defenduntur, & defensionem ipsam. *Rodericus D Toletanus lib. 5. rerum Hispan. cap. 13.*

ATAULPHUS Gothorum rex, Roma debellata, eod venantia processit, ut quemadmodum Cæsares, sic in posterum Romanos Principes cognominari destinarit. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.*

Constantinus Imperator cognomine Magnus, teste *Aurelio Victore in epitom.*, Trajanum Imperatorem, Herbam parietariam ob titulos multos adibus inſcriptos, vocare solitus erat:

In recensendis Iustitiani titulis præpositis in editione librorum juris civilis prima ferè integra pagina vix sufficit, a Provinciis debellatis, & per Duces certè suos, non per ipsum, & ab aliorum Imperatorum virtutibus translatis. Quæ certè ex adulatione Tribonianus viri astutissimi, & aliorum adscripta sunt, qui etiam ei stultissimo persuadere ausi sunt, se tandem immortalem in cæelum assumendum, quod ipsum credidisse quidam putant.

Proverbum est de Republica Veneta: Cum usurparetur titulus Domine, simpliciter, tunc facta est Republica: Mi Domine, stabilita est: Magnifice Domine, tunc eversa est.

TITULOS RESPUERE. MODESTE ASSUMERE.

Non ejus vanitatis fuisse D. Ludovicum Francorum Regem, responsum ejus testatur. Rogatus enim, quoniam cognomine gestorum suorum vellet ornari? victoria, inquit, quæ in Ecclesia Possitæ contra diabolum, dum baptizaret, ut præna, ita mihi clarissima obiit. In hac loca gloriæ, & triumpho, ab hac Ludovicus Possitæus nominari volo. *Aegidius Corrozetus de divitis, & factis memorabilibus.*

CAROLUS MAGNUS, ut Romanis se infirmare stridius ad consequendum, & fovendum imperium, quod obtinuit, voluit inter titulos se Patricium Romanum vocari: ut appareat ex Privilegiis concessis Ecclesiæ S. Germani Parisiensis, quorum initium est: Carolus Dei gratia Rex Francorum, & Longobardorum, atque Patricius Romanorum, &c. *Anton. lib. 5. de gestis Franc. cap. 11.*

Patricius autem dignitas minor habebatur Imperatoria, sed illa secunda fuit per Justinianum I. *nemini de consul. l. 12. C. & post illum ab imperantibus in Græcia Cæsarius habita.* Sic Carolus Magnus Patricius factus est Romanorum ab Adriano summo Pontifice, & Synodo collectæ Romæ, post victoriam de Desiderio rege relatum cap. *Adrianus 22. sub 62. dist. 11. dist.* antequam Imperator crearetur: eoque titulo etiam insignitus Patricii Romani Cassiodorus, dignitatis formulam scriptam reliquit Patriciatus. *Cassiodor. lib. 6. varior.*

Ufus tamen Carolus Magnus alius titulis in constitutione Capitularium, & legum. *lib. 1. in prefatione Capitularium* sic legitur: Regnante Domino nostro Jesu Christo in seipituum: Ego Carolus gratia Dei, ejusque misericordiam donante, Rex & rector regni Francorum, & devotus sanctæ Ecclesiæ defensor, humilisque adjutor, &c.

Olim non amplior fuit Virorum Nobilium titulus, quam ut Strenui famuli nominarentur: Equites verò aurati ut dicebantur Milites.

Fabricius in sua Misia sub anno 1382. ponit Epitaphium Henrici Schleichii eo anno mortui cum illi inscriptione t. M. CCC. LXXXI. *Obit Strenuus famulus Henricus a Schleich. nitz,* qui tamen inter sua ditiosos homines illustrissimus habebatur.

Referri huc poterunt multa ex loco de humilii exultationis sui. Item de Honor.

* Tolerantia.

Vide Patientia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Tolerantia, Græcè *ὑπομονή, υπομονή, υπομονή,* & *υπομονή* tolero dicitur. Hebræi. Onus quod tollitur, & portatur *Sebel* vocant. Hinc fabulum, & *Sable*, Gall. a verbo *Sabal*, bajulavit, portavit onus grave. Et per metathesin *Balas*, comportavit. *Massa* etiam dicitur onus, pondus, à verbo *Naga*, levavit. Metaphorice vocibus onera interna, qua tolerantiam commendant in S. Scripturis designantur. Est autem tolerantia idem quod patientia.

Advertat lector, nos locum hunc de Tolerantia satis luculenter, & distinctè tractasse, ubi de Patientia egimus: quo fiet ut plerique hee repentantur, quæ ibi accommodavimus, quamvis sub alio Titulo, & ordine diverso. Cum enim Theodoros H. Zuingerus hoc argumentum sub nomine Tolerantia tractandum suscepisset, ejus mentem hic sequi maluimus, quam ad locum Patientiae universa transferre. Ibi enim de Tolerantia potissimum agitur ut est virtus quadam: hic paulo largius, ut est actus fortitudinis, etiam si non fit meritiorus, immo culpabilis, & reprehensibilis dignus quandoque.

TOLERANTIA, SIVE PATIENTIA IN

ADVERSIS REBUS, DOLORIS CUNJUSLIBET, in Genere.

Mala, cum vitari nequeant, ferre, pati, & tolerare, Tolerantia est, seu dicere malis, Patientia. Græcum vocabulum *buic* ex quo respondens fortassis *υπομονή* esset: quam tamen Aristot. libro septimo. *Ethicor. pro dispositione, sive imperfecto habitu ponit, quælibet mala magno perseverans animo, ita tamen ut ratio appetitus repugnet. Atque ut de rebus constat, verba non multum moramur. Tolerantiam hic fortitudinis speciem in ferendis malis statuimus, tum propriam, in his*

in illa malis, quæ vitari nequeant. *De hoc Forma tolerandi, non materia vitiosa est.* Qui ad mores religionis causa ducti, seipſos sponte in ignem præcipitant *stum Inproprium, in his malis, quæ vitari poterant, in quibus non tam Forma, quam Materia reprehenditur, v. g. qui Divi sacrificare, quam martyrium vitare malunt, majus malum tolerant, idololatriam scilicet, ut minus declinant, morem eodem convertendo idololatriam declinare, mortem tolerare oportuit. Et sic composita est hæc species vitii ex Tolerantia, & Declinationis excessu.* Nam vero cum mala ista vel corpori dolorem afferant, vel animo: in illis quidem ferendis opus est, robore, & firmitate corporis, seu etiam in isdem propulsandis. Neque tamen robur idem est, quod fortitudo non magis, quam ira: licet utraque fortitudinis inferat. *Tolerantia perferre male, ex animi habitu imperterritio: Robur, ex corporis robore, ut quaedam vehementissimè cupit, cor ferat. Caterum quia in Tolerantia, & in Clementia malum ferre oportet, quæ sit horum differentia, videndum est. Exempla eadem utriusque loco interduam conveniunt, pro duplici respiciunt, Mali, quod inferitur: & Ausoris, qui inferit. Malum tolerare per se, hujus est loci, at inferentem tolerare, illum non vitescendo, ad Clementiam pertinet. Que à Deo, vel Natura inferuntur, mala, Tolerantiam solum in ferendo videtur habere. Atque ab Homilibus, nisi à magistratu, à præceptoribus inferantur, cum ad vindictam excitent animum, non tam in ferendo, quam in non vindicando, spectari consueverunt, propterea sub loco Clementiæ ex præfertur adhibetur, ne eadem iterare cogamur.*

TOBIAM Nephtalensem, virum sanctissimum, Ninive habitantem, patientia illius explorandæ ergo, Dominus cæcitate primum affecit, & paupertate, ita ut Aqueicis propinquis sui libertate aleretur. Anxiosa vero, aulæ tendens victimæ agere quaeritabat; bonoque seni exprobrabat, quod opes suas elemosynis absumpisset. Idemque cognati, & affines omnes faciebant. Tobias vero in his malis ad Dominum clamabat. Exauditus igitur est. Nam & filius Tobias argenti decem talenta ex Media apud Gabelen deposita retulit, & Raguelis filiam Saram uxorem duxit. & patrem selle piscis à cæcitate liberavit. *Tobia 2. & seq.*

PAULA Romana in periculo loquebatur. Qui vult venire C. posthæc, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, & iterum. Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet. Sed & in tribulationibus, & angustiis, laice replicabat eloquia: Qui ablactati estis à lacte, qui abſtracti ab ubere tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem: adhuc pusillum propter martirium laboriorum, propter linguam malignam. Et scripturæ testimonium in consolationem suam edisserbat: Ablactatorum esse, eorum scilicet, qui ad virilem ætatem perveniens, tribulationem super tribulationem sustinere, ut spem super spem merentur accipere. *Hieron. in epitaphio Paulæ ad Eusebium.*

Tolerantiam Patriarchæ Jobi, Alexii Romani, Eustachii, & Elizabethæ vidit. *Quæ in loco de Patientia.*

De Ulyſſe pleni sunt potarum libri. De eo *Ovid. lib. 4. de Ponto.*

Exemplum est animi nimium patientis Ulyſſes, Insidiosus dubio per duo Iuliam mari.

Heraclitus, & Diogenes Cynicus nunquam de rigore animi remiserunt, calcatisque turbinibus fortitorum, adversis omnem dolorem, & miseriam uniformi duravere proposito. *Solinus c. 4. Polyb. & Laertius.*

Q. FABRIUS MAXIMUS fraudatus à repub. ea pecunia, quam pro captivis Hannibalis numeraverat, tacuit, compluribus etiam lacessit injuriis semper eodem vultu mansit.

MAGNUS SPORCIA miram animi fortitudinem, & patientiam in tolerando omni dolore in adversis semper ostendit, ipſo in edito colle supra campam portam Romano opere vallatis castris Neapolim circumfidente, atque oppugnante, priusquam Ludovicus III. Andegavensis classe in eam oram adveheretur: Franciscus filius: graviore venato majoris scorpionis per duplicem forem thoracem penetrante lethaliter vulneratus, acitum Foschinus ex forete nepos simili relictus, penè desperata opè jacebat. Ipſe quoque Leonatus Sanseverinas Eliza F. maritus, tanta indolis dux, ex provocatione ad ostendam equestris disciplinae peritiam virtutem que cum Caraffo Caraffa, nobilissimo equite, nulla intercedente similitate congestis, recepta per cassidem hæstæ cu-

spide, lugente toto exercitu ceciderat. Quem metoreum mirum in modum adauxit funestus ex Brutiis nuocius, qui Polixenam Russam nurum, acitem ejus filiolam ex Francisco Neptem, veneficis amice, acerbissima morte sublatas atulerat. Suborta & ulim Sergiani Caracacii arte, doloque exitialis fama, totis disseminata castris, insolito pavore, & magnam contumeliam inexercat. Ferebatur enim Ludovicus intermedium ad Massiliam navali apparatus inventum suum, atque ejus conflatu belli maritimam expeditionem ad prima veris signa distulisse, ita ut milites jam plantè desperatis auxiliis, & adventante Alfonso Aragonio, quam belliarie incepto obſistere, seque incolum exercitu in pacata loca recipere possent, insigni concepta formidine cogitarent. Sed his tanti privati ludus, & publici metoris incommodis conflictatus, & magnitudine animi, ac patientia compressit dolorem, ut neque in tabernaculum scaberet, neque ullo vel tacito gemitu, vel exili suspitio æquabile illud fontis decus immutaret. Eo enim oculorum vigore, coque eloquentia spiritu militum amicos erigere, sustentareque existimationem erat solitus, ut vitam maxime, cum à fortuna victus esset, cum proculdubio victus e-

redes. *Jovius in eius vita.*

ALFONSDS Aragonum rex, bellum Neapolitanum semel ingenti, atque invito animo cum suscepisset: nulla postea vi, nullo periculo, nulla clade, nullis denique difficultatibus everi potuit ab incepto: quinimmo à fortuna projectus, vel in hostium potestatem perductus, nunquam tristes superstitum, incredibili quæ animi fortitudine bellum contra omnium expectationem, post secundum demum, & vicissimum annum, confecit, mortalesque omnes suo exemplo, fortunam ferendo superari posse docuit. *Platormis. lib. 1. cap. 9. de rebus gestis Alfonsi.*

TOLERANTIA MALORUM, QUÆ IN

ANIMO EXCITANT VEL

Terrorem. *De hoc Fortitudinis propulsantis Locum.*

C. FABRICIUS missus ad Pyrrthum ad redimendos captivos, vim magnam auri, quod ille dabat, rejecit. Postridie maximum elephantum jussit Pyrrthus à tergo inficere Fabricio sonum cum magno stridore edentem offerri. Quo facto conversus Fabricius, ardensque: Me, inquit, neque aurum heri, neque hodie bellus perculit. Invitanti cum Pyrrho, ipsam comitaretur, teneretque primum post se locum. Nec trībno inquit, inquit, hoc conducatur. Siquidem Epitrota stambo no- G verit nos, me regnare, quam te, maluerint. *Plat. in Appob.*

INVIDIA M.

STRATO Physicus, cum discipulos Menedemo multo esse, quam sibi accepisset plures: Num ergo mirum, inquit, si plures sunt, qui lavare, quam ungi volunt? *Plat. de Tranquill. animi.*

IN FIDELITATE M.

Paula in tentationibus Deuter. verbaolvebat: Tentave dominus Deus vester, ut sciat, si diligatis dominum Deum vestrum de toto corde vestro, & de tota anima vestra. *Hieron. in Epitaph.*

TOLERANTIA CORPORIS DOLORUM,

QUACUNQUE TANDEM DE CAUSA, PROVENIENTIUM, in Genere.

PLATO Socratem suum graphicè depinxit in Symposio, Alcibiadis persona substituta. In bello (inquit) quod ad Potidæam Athenienses gesserat, in primis quidem laboriosus incomparabili patientia, non me solum, sed universos longè Socrates præcellerat. Eum sicubi (ut ferè affollet) commeatu deficeretur, in fame, sitique tolerantissimè perseveranda, sicilicet inter cæteros eminebat. Rursum affluente rerum omnium copia, solus persui affatum posse videbatur: & quavis potum abueneret, si compelleretur, omnes potius se largius invitando anteibat: nec tamen vino paulò hilarior unquam esset concepit: quod utique mirum præcipue est. Sed id mirabilis, quod hyme (ut in locis illis) fava, & rigore intolerando, factissime illum fecimus. Gelu siquidem omnia obtinente, ac universis pruilibus corpore artibus obvallato conceptoque: Socrates ita se cum reliquis promebat in publicum, ut quotidiani indumentis nil omnino accederet, nudis verò pedibus glaciem, pruinaque premebat: facilius, quam calcis obmuniti milites: quod illi conspici, in ipsorum contem-